

## 540 De Regia Protect. vi oppress. appell.

ad id text. inl. si cum dorem §. eo autem tempore , & Ca-  
ra in rep. c. Imperiale, fol. 30. column. 2. litera N, vers.  
quoad tertium, de prohibita feudi die, per Federicum : &  
sc. prædictum Consilium Neapolitanum protulit de-  
cretum, quod quædam illustris Principisa condemnata, ad præstandum consensum cuidam subfeudationi  
factæ à vasallo suo juxta pacti conventionem, infra  
tres menses præstet assensum prædictum, habcre-  
tur pro præstito, rejecta compulsione posita à jure, ca-  
ptis scilicet pignoribus, & venditis, juxta text. in l. 2. §.  
ex hoc rescripto, ff. de ventre inspicendo, l. si quis à liberis,  
§. si vel parens, ff. de liberis agnoscit, ubi per Cordub. ibi in  
princ. dicitur, hanc executionis formam perverstam  
esse, & sic altera electa fuit per Consilium ut propria,

Et pro hujs doctrina comprobatione adduco text.  
in c. contingit, de dolo & contum. ubi habetur, quod si  
actor do'o, vel potentia aduersarii non potest à judice  
mitti in veram, & actualem possessionem rei post an-  
num; habeatur pro vero possesso, efficitur verus  
possessor ministerio juris, quem text. singul. & melio-  
rem de jure dicit Ant. Go. in l. 45. Tauri sub n. 111. vers.  
3. pro ista parte, & ab eo citati, expendo etiam text. in l.  
quamvis, ff. de bonis autho. jud. poss. juntio §. superior, ubi  
habetur, quod si propter aliquod impedimentum, quis  
non possit mitti per judicem in possessionem actualiter  
habeatur pro possesso dispositione, & ministerio il-  
lius legis, quam dicunt notabilem, unicam, & singula-  
rem citati ab Ant. Gom. ibi vers. quinto pro ista parte.

Cujus etiam farinæ est, quod si quis fuerit condem-  
natus ad tradendum instrumentum alicuius debiti, pu-  
ta, alicui tanquam ab ejus obligatione liberato, si non  
reperitur instrumentum, cogitur condemnatus ei face-  
re aliud instrumentum liberationis, Angel. Aretin. in  
conf. 136. in themate an. 13. qui n. 17. & secundo. quan-  
do dicit, quod condemnatus in eo, quod de jure est im-  
possible, sed honestum, compellitur de facto eo modo,  
quo potest, quem referens in utroque casu sequitur  
Card. Tusc. præf. concl. tom. 7. littera S. concl. 126. n. 128.  
qui quidem ibi n. 125. dicit, quod licet sententia sit  
stricti juris, tamen sententia condemnans Titum ad  
conservandum indemnum Gaium ab obligatione facta  
per ipsum Gaium, si hujusmodi Gaii obligatio est jam  
extincta, quia fuit compulsa solvere, debet conseruari,  
& relaxati indemnisi, eo modo quo potest, ut scilicet  
solutum eidem restituatur, licet sententia dicat relevari  
ab obligatione, comprehendit etiam elevari à solu-  
tione, facta vigore obligationis, allegat ad hoc Angel.  
Aret. hoc plenè tractantem in d. conf. 136. n. 4. cum seq.  
qui contra illis satisfacit.

100 Et denique pro intelligentia eorum quæ dicta sunt  
haec tenus, adverte; quod illi quatuor procedendi diver-  
si modi, præmissi pro execuzione executorialium par-  
ter sint eligendi, & eodem modo repetendi in exequente  
instrumento guarentigiatum, seu in forma Camerale  
Apostolica, ut etiam notant præcitat DD. & clarè  
deprehenditur ita ut & execuzione instrumenti con-  
tinentis quantitatem pecuniarum, servetur forma posita  
pro execuzione executorialium super quantitate pecu-  
niaria. Instrumento vero continente speciem certam,  
puta domum, &c. servetur ordo traditus in execuzione  
executorialium, quibus certa res, & species contine-  
tur, & de singulis nempe, quando instrumentum con-  
tingit promissione facta, aut juris incorporalis ut pa-  
riter idem modus repetatur, quoniam instrumentum  
Camerale habet vim sententiae transacta in rem jud.  
& obligatus ex eo habetur pro condemnato jam, & sic  
quoad executionis procedendi modum æquiparantur  
executoriales, & instrumenta guarentigia, Benedict.  
de Bar. in tract. de guar. p. 2. q. 13. fol. 546. Ant. de Canar.  
in tract. de execut. instrutus q. 4. sub n. 79. fol. 44. Sca.  
de appell. q. 19. lim. 10. n. 8. ad fi. Joan. Garcia de nobilit.  
gl. 6. §. 2. n. 25. & ideo de executione sententia ad execu-

tionem instrumenti guaren. licitum est arguere secun-  
dum Bart. in l. cum unus in si. ff. de bonis autho. jud. possit.  
Bald. si in col. 2. ff. eodem. iij. Rom. conf. 76. n. 4. Angel.  
in l. 1. C. quando provo. non est necesse. Quinti Man. in tract.  
inhibit. q. 49. n. 2. Paz. in tract. 4. tom. 1. c. 1. n. 3. & ita  
pariter variantur exequendi modi uniuscunque instru-  
menti qualitas exposcat; vide qua nos inferius cap. 8.  
num. 365.

## C A P U T IV.

Ab executo, sive suæ personæ, aut commis-  
sionis, sive superioris mandantis defectu,  
jurisdictione, & potestate carente, & ad  
ulteriora procedente, appellationi non de-  
ferente: an & quando vis fiat, & an is hu-  
jusmodi incompetencia cognoscere queat.

## S U M M A R I U M.

- 1 Excessus ex defectu potestatis à ceteris excessus specie-  
bus substantiam rapit, & de omnibus componitur.
- 2 Cum defectu potestatis executoris quarinus, necessario  
inferimus ad excessum.
- 3 Executor aliquam partem potestatis usurpans excedat  
multo fortius qui totam arripit.  
Nullitas nulla major, quam quod fit extra potestatem,  
ibidem.
- 4 De executoris potestate quando disputatur, locum habet  
appellatio suspensiva.
- 5 Excede dicuntur executor eo ipso quod alioque jurisdictio-  
ne procedit.
- 6 Exceptiones incompetencia fui aut mandantis se subexe-  
cutor rejeciens procedas executione, excedit, &  
dat regal. appellatio suspensiva.
- 7 Executor beneficiatus etiam si affirmat viam meritis non  
admitit exceptionem surreptionis aut nullitatis sua  
potestatis, potest appellari.
- 8 Exceptio relevans & legitima dicitur que provenit à cau-  
sali, que justam causam prostat appellandi.
- 9 Exceptio non potest executioni opponi, non potest appelle-  
rari ob rejectionem.
- 10 Ab executori vigore brevis Cameralis habentis excepcionem  
paratam potest appellari, quando verificatur sub-  
reptio commissionis.
- 11 Plus infinita causa in re ipsa, quam in causato.
- 12 Omne jus potentius operatur in causa quam in causato.
- 13 Excessus nullus alius major quam defectus potestatis.  
mandata, quia immediate & naturaliter est excessus.
- 14 & 15 Executor merus saltim de exceptione infringente  
suam potestatem, cognoscit ad effectum remittendi  
tantum.
- 16 Executor mixtus potest cognoscere de potestate sua an  
rescriptum sit falsum vel surreptitium, & se pronun-  
tiare judicem vel non.
- 17 Executor merus potest de exceptione defectus sua potes-  
tatis cognoscere extrajudicialiter ad effectum superse-  
dendi in execuzione.
- 18 Executor meri potestas ob falsum instrumentum nulli-  
tatem redditur.
- 19 Executor merus licet non admittat exceptiones contra  
sententiam, tamen defectus potestatis sua admittit.
- 20 Executor merus quantumvis præcisam habeat faculta-  
tem, potest cognoscere de falsum narrariorum ad ef-  
fectum supersedendi.
- 21 Executor merus tenetur admittere exceptionem noviter  
ortam, quam si seiret mandans in execuzione superse-  
deret.

Exceptio

- 22 Exceptio falsa & surreptitia commissionis oritur post  
sententiam, & est incognita superiori.
- 23 Executor merus de exceptione relevanti, puta surreptio-  
nia ceram eo opposita cognoscit, ut remittat & superse-  
deret si verum inveniat.
- 24 Executor merus admittens exceptionem ad rescribendum  
& supersedendum, remanet nihilominus merus.
- 25 Exceptio impugnante potestatem delegatis potest dele-  
gatus cognoscere.
- 26 Exceptiones infringentes jurisdictionem delegantis,  
admittit, & cognoscit delegatus.
- 27 Judge quilibet sive ordinarius, sive delegatus, cognos-  
cit an sua sit jurisdictione.
- 28 Executor admittit exceptiones concludentes defectum  
tam sua quam mandantis potestatem.
- 29 Declara.
- 30 Executoris potestas pendet à potestate mandantis.
- 31 Excessus executoris ut detegatur, inquirimus potestatem  
mandantis.
- 32 Delegata causa que ad jurisdictionem mandantis non  
spectat, omnia sunt irrita & appellatione non agent.
- 33 Executoris potestas debet à potestate mandantis regula-  
ri.
- 34 Infecta primitiva, infecta censentur derivativa.
- 35 Arboris rami majores vires non habent quam à radice  
suscepient.
- 36 Radice infecta rami exsiccantur, & palmites inficiun-  
tur.
- 37 Radice infecta & extinta rami pullulare non pos-  
sunt.
- 38 Nemo plus juris in alium transfert, quam ipsi compe-  
tatur.
- 39 Avocata jurisdictione à delegante intelligitur sublata  
ab ejus delegato compulsore in partibus.
- 40 Appellatio ab executo mixto aut mero reiente legiti-  
mam exceptionem defectus sua potestatis aut man-  
dantis, non deferente, vim geri declaravit Sena-  
tus.
- 41 Suprema tribunalia hac utuntur praxi, sive in causis  
ecclesiasticis per viam violentie, sive in profanis exce-  
dentibus.
- 42 Executor ante commissionis executorialium presentatio-  
nem & intimationem sibi factam, caret potestate &  
jurisdictione, nec tanti potest.
- 43 Jurisdictionem ac potestatem nullus delegatus recipit  
ante literarum presentationem & intimationem.
- 44 Commissione esse presentatam non sufficit, sed requiri-  
tur ut sequatur appellatio.
- 45 Executor etiam si sciat facultatem sibi competere, tamen  
ante presentationem non recipit potestatem.
- 46 Per executorem gesta post terminum limitatum in commu-  
nicione, sunt nulla ipso jure, atque vim facit procedens.
- 47 Executor ad exactiōem post terminum exigens, vinculis  
ligatus ad superiorē remittitur.
- 48 Executor ignorans prorogationem de tempore ad tempus,  
si procedat post terminum, irite & nulliter facit.
- 49 Commissione collata in tempus quo committens caritatu-  
ris est jurisdictione, est nulla, remissive.
- 50 Judge scilicet appellatione pendente & ejus termino non po-  
test exequi, ita nec executionem committere, cuius defec-  
tus est particeps executor.
- 51 Non potest quis per alium facere, quod non potest facere  
per se ipsum.
- 52 Executor non dicitur executionem facere, sed man-  
dans.
- 53 Executor est velut causa instrumentalis que nihil dif-  
ponit.
- 54 Actus non attribuitur execuenti, sed mandanti.
- 55 Judge vim facit non defens appellatio à commissione  
executionis sententia suspensa per legitimam appellatio-  
nem.
- 56 Executor procedens ad executionem sententia suspensa  
Salgado de protest. Reg.

**I**STHÆC presens excessus species, à ceteris omo-  
nibus excessus speciebus virtutem, & substantiam rapit,  
siquidem cum de omnibus participet nec non à  
cunctis aliis sola componatur ista, verum etenim ve-  
rum est, ut cùm de executoris potestate, ac jurisdictione  
dubitari contingit, necessariò de excessu dubitatio-  
infertur; eo namque ipso quod executor sine juridi-  
ctione, & potestate procedit, dicitur excedere, & ex  
ipsa transgressione potestatis mandata, eodemq; mo-  
mento ori, atque excusum simul generari, constat;  
quoniam executor in eo quod excedit, definit esse ex-  
ecutor, & judge incipit jurisdictione, & potestate care-  
re, ac efficitur privata persona, ordinaria potestati sub-  
iecta, ut satis abunde diximus & comprobavimus su-  
præ hoc lib. 4. c. 3. per totum; & c. 4. post prin. usque ad si-  
qua omnes ibi adductas considerationes hic applica-  
non repetam. Apparet etiam ex ipsa excessus descrip-  
tione, quam apposui ibi in d. c. 3. n. 36. & 37. ut novum si-  
quoddam gravamen extra limites potestatis mandata  
per executorum illatum, & si arripiens partem juridi-  
ctionis & potestatis excedit, juxta l. q. icung; & l. contra  
nostræ

nostra, de executoribus & excoitoribus tributorum, multo magis excedet executor, qui cum non sit executor, omnem potestatem integraliter usurpat, cui convenit unicum verbum Bald. in l. ab executione, C. quorum appell. non recip. sub n. 3. vers. dico dum, ceteris, quod executor, sive exequatur in toto, quando nihil erat exequendum, sive in parte, dicitur modum executionis excedere, & sic sequitur evidenter regula tria in hac materia, ab executore sive mero, sive mixto, excedente limites sua commissionis, interiectae appellacioni esse deferendum, & vim fieri declarandum in curia suprema, de violentia cognoscente, nulla enim major nullitas, quam cum quid sit extra potestatem. Boëri. decisi. 299. Olivanus de jure fisci. c. 25. n. 39. Rimini. junior. cons. 282. n. 70. Rota diversi decisi. 666. n. 4. p. 1. Bertrazol. cons. 465. n. 24. Paris. de gabellis p. 3. n. 73. Nicol. allegat. 2. n. 21. Vant. de null. ex defec. iuris, n. 1. Giurba decisi. 96. sub n. 10. & nos hac 4. sub n. 64. c. 3. & sursum a n. 36.

Hanc doctrinam in terminis reperio apud Rugin. in tract. de appellat. §. 2. c. 1. sub. n. 64. vers. quarto si disputatur, dicentem, quod quando disputatur de potestate executoris ad exequendum, poterit & licet appellari ab eo, & habere locum limitationem. 1. ab executori, cum concordantibus. C. quorum appell. non recip. id etiam clarius dixit Sigismund. Scaccia in tract. de appell. q. 17. lim. 11. n. 10. quod eo ipso quod executor procedit sine jurisdictione, dicitur excedere, dicit probari in terminis per Rotam dec. 45. alias 346. si appellat, de appell. in novis. C. si de non poss. lim. 19. fol. 347. plurimas & elegantes doctrinas in probacionem congerit Vincent. Ca. oct. excep. 12. q. 10. ubi plures citat Doctores; & facit illud Christi Domini. Non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datum esset defuper. Joan. c. 19.

6 Pro quo mirificè facit, quod affirmat ex Feli. Emil. Beral. decisi. 333. p. 1. & Gigas de perso. quest. 45. Flores de Men, in præl. quest. lib. 1. quest. 12. n. 44. quod si subexecutor auditoris Camera datu ad exequendas via executiva literas pensionis, non admittat exceptionem oppositam puta subreptionis, aut incompetentiæ ipsius auditoris ac perinde ejus executoris, cujus vices gerit, vel alia quævis allegatur exceptio contra jurisdictionem executoris, aut subexecutoris, de qua saltim summarium incontinenti apparet, ita ut non videatur per calumniam opponi; excedit rejiciens, & ad ulteriore executionem procedens; ab eoque posse appellari quod ad utrumque effectum suspensivum, & devolutivum, pro cuius declaratione adira suprema prætoria deferri, ac reponi acta omnia, & attenta, declarabunt, cum istæ exceptions penitus infringant viam executivam, omnemque processum.

7 Hinc eleganter dixit Joan. Ant. de S. Georgio. Cardin. Alex. in cap. d. lecto filio, per text. ibi n. 13. de appellat. quod si executeure beneficialis, etiam si eligat viam meriti executoris tenetur admittere exceptionem subreptionis, & nullitatis potestatis suæ quod patet (inquit ille) quod si non admitti, potest appellari, ex eodem text. ibi, nec admissas, &c. & facit ipse Cardin. Alexander, bonum argumentum, quoniam exceptio relevans & legitima dicitur, quæ provenit à causa, quæ justam causam præbat appellandi, probat eleganter Oldral. cons. 323. circa primum in princ. Cardin. Tunc prædicti l. tom. 3. litera E. concl. 378. n. 1. Bald. optimè in leg. de executione C. quorum appell. num. 13. dum dicit apparet ex predictis, quod quædam sunt exceptions, quæ possunt opponi in executione, nam si non possent opponi, non appellaretur, &c. facit etiam quod dicit Hier. Gonzal de mens. & alter gl. 9. in annor. q. 235. quod licet ab executore vigore brevis Cameralis habentis, executionem paratam, non licet appellari, fallit quando verificetur subreptionis, vel obreptionis litterarum, & commissionis quia tunc appellationi quoad utrumque effe-

xendum, & suspensivum, & devolutivum, deferendum est per text. in cap. postulatis de rescript. Aimon. Cravet. consil. 68. num. 10. plenè Lancelot. Rober. de attentat. 2. p. c. 4. in prefatione n. 478.

Quod eo validissimo fundamento fulcitur, nam si excellus commissionum appellationem suspensivam in executione operatur propter defectum potestatis, & jurisdictionis, (qui maximus est, ut supra diximus) multo fortius ipse defectus potentia, ubi directo & immediate eucurrit, eosdem & maiores effectus debet operari; plus siquidem influit causa in se ipsa, quam in causato. Felin. in c. auditis num. 20. de præscript. decisi. Genuen. 128. n. 2. ext. in l. navis onusta in l. respons. ad l. Rhodium de jaclu. meas Perez de Lara de anniver. 12 & capell. lib. 1. cap. 24. n. 4. omne enim jus potestatis operatur in causa, quam in causato. Castren. consil. 129. vol. 1. allegans l. digna vox. C. de legibus, nam quando quid est propter aliud potentius, fortiusque consideratur illud propter quod est, leg. & si non sunt clavi, 21. §. pervernam, ff. de auro & argento ligat. l. tempus, 29. ff. de re jnd. optimus text. in clem. 1. de reliquis & veneratione Sanctorum, ubi si veneramur Sanctos propter Deum, multo magis ipsum Deum: Authent. multo magis. C. de Sacro, artis eccles. ex quibus deducimus vulgare illud 13 axioma, Propter unumquodque tale, & illud magis. Ex quibus manifeste cognoscitur, quod nullus aliis major excessus, sit quam mandata potestatis defectus, iste autem propriè naturaliter, & immediate absque alterius dependency excessus est, alii vero mediate & causative excessus sunt, ob defectum potestatis ex actu insurgeantem.

Et insuper ex eo etiam, nam licet merus executor, 14 cum non habeat jurisdictionem, de nullius exceptionibus cognoscere queat regulariter; tamen de hac, qua infringitur sua potestas, & jurisdiction, ut de exceptione falli, aut subreptiæ rescripti, & commissionis recte quidem & licet valet cognoscere, non ad effectum determinandi super illa, sed supersedendi in executione, & instructum reddendi superiori, ac illum informandi text. est in leg. & si non cognitio, ibi & si non cognitio sed executio mandatur, de veritate precum inquire oportet, ut si totius intervenerit, &c. C. si contra ius vel util. publ. ubi glos. & Bald. not. & ceteri omnes Doctores, cap. nniri, §. & si non cognitio, 25. quest. 2. d. l. a divo Pio. & ibi Bart. n. 7. & seqq. de re jnd. text. optimus in cap. de cæro, de sentent. & re jnd. leg. si prætor. §. Marcellus ff. de judicis. Innocent. & Hostiens. in d. o. de cæro docetque clarè Specul. in tit. de executione sententia leg. nunc dicendum n. 6. optimè explicat ibi Abb. nun. 3. per totum, & sub num. 4. ante. fin. Bald. in d. l. a divo Pio. idem Abb. in cap. pastoralis, §. quia vero num. 3. vers. 25. de secundo scilicet, de off. delegat. Rota decisi. 3. de excepti. in novis, per quam optimè dixit Felin. in d. c. de cæro, num. 7. v. r. quintus casus est, quod quando opponitur coram executore mero, quod rescriptum est falsum, debet executor admittere talem exceptionem, quem sequitur Bened. Band. in repert. ad illum, verbo, executor merus est ille, &c. circa princ. vers. 1. & fall. concl. quando opponitur. Bobad. in polit. libro 2. cap. 20. sub num. 47. circa primum, bene etiam dixit Abb. Panorm. in d. cap. de cæro num. 9. vers. quarto an is, ubi postquam resolvit latè, quod minus executor, cum judex sit in executionis actu merito potest cognoscere de potestate sua, an rescriptum, & commissio sit falsa, aut subreptitia, & etiam se pronuntiate judicem, aut non judicem, juxta c. significantibus de off. delega. & clem. 1. de rescript. dixit in fin. quod si coram executore mero opponatur exceptio falsi, vel subreptiæ rescripti, ut non per viam judicii, (cum nullam jurisdictionem habeat talis executor, juxta l. si in proponit, & l. executorem, C. de execut. rei jnd.) sed extra judicialiter poterit de ea cognoscere & inquirere ad sui instructionem, ad affectum 17 exequendi

## Pars IV. Cap.

## VI.

in fin. Bald. in addit. ad Specul. tit. de senten. colum. 6. vers. 2. coram jndice & execuatore Lapis allegat 2. nos latius di. emus Deo dante in cap. de exceptionibus.

Quæ quidem & illo fortius redditur, quoniam vul-

garum est, ut etiam exceptio impugnans potestatem de- legantis, & mandantis commissionem coram ipso de- legato proponi & probari, & ad ipsum tales exceptio- nes admittere, & repellere spectare, cap. si à subdelega- to, & ibi glos. Archidia & alii de off. deleg. in 6. Speculator, & ibi Joan. Andr. verb. cognoscit. §. excipitur vers. sed quis cognoscet, de off. deleg. ut si dicetur, delegationem non valuisse ex eo, quod causa delegata ad forum de- legantis non spectabat, juxta text. in l. 1. C. qui pro sua jurisdictione, quia hæc exceptio spectat ad cognitionem delegati, ad quem pertinet exceptions, per quas re- gatur delegantem habuisse jurisdictionem, admittere, vel repellere non probatas, glos. verbo altis casibus, in d. cap. si à sub delegat. de off. deleg. lib. 6. & ibi Joan. Andr. in ejus addit. in verbo cognoscet, in §. fin. verb. si quis co- gnoscet, vol. 5. de justice deleg. Abb. in c. cum te consulente in fin. de off. delegat. & Felin. in cap. super literis col. fin. de rescript. Ang. in §. preterea col. 10. vers. quarto opponitur quod est judex competens, &c. inst. de except. Auton. Corsetus in lib. singul. in verbo, jurisdict. Vantius de null. sentent. ex defectu iuris ordinarii, num. 37. & iterum in tit. quibus mod. sententia nulla defend. pos. in 1. & 2. fit que generaliter verissima resolutio, quemlibet judicem sine delegatum, sive ordinarium cognoscere; an sua sit jurisdictio, ut in unum plures referam videndus Marta in tract. de jurisdictione 2. p. c. 4. à prin. & à n. 17. Et quod executor admittit exceptions, concludentes defectum potestatis, tam suæ quam mandantis, pro- bant Lapis d. alleg. 2. col. fin. 2. Guido Papæ q. 574.

21 Quod pertinet, quod executor etiam merus, tene- tur admittere exceptionem novam, & noviter or- tam, quæ si à judice mandante cognita fuisset, ab execu- tione supersedet, nec pariter executor ejus co- gnoscere, & supersedere debet Felin. in cap. pastoralis, §. quia vero, n. 7. vers. quarto fallit, de off. delegat. in cap. de cæro, de sentent. & re jnd. per l. si hominem, ff. man- dati. Rober. Marant. dispat. 1. n. 33. vers. fallit quartio. Bened. Band. in repert. ad Felin. verbo, executor, sub vers. secundo. & sub vers. quarto, prope fin. Menoch. de arb. lib. 1. q. 38. n. 24. & ita cum hæc exceptio falsæ, seu subreptiæ commissionis sit nova, orta post sen- tentiam, & ipsa commissione, ignora superiori, de ea executor cognoscere, quia licet talis merus executor non queat regulariter exceptions admittere ex supra- citatis DD. & Andrea Gaill. l. 1. obser. 12. 4. n. 8. Ludovico Peguare in decisi. 6. 21. 209. u. 2. in fin. tamen de hac exceptione bene poterit cognoscere.

Faciunt etiam, quæ dicunt Zabarel. consil. 10. Fe- deric. de Senis consil. 157. circa fin. non executor. Anchæ. consil. 240. n. 2. & 3. Aegid. Bellam. consil. 10. n. 10. Car- dinal. Tuschi. præl. conclus. tom. 3. litera E. conclus. 480. n. 9. & conclus. 486. n. 40. per Joannem de Imol. in consil. 127. n. 3. vers. respectu antem. Bald. consil. 399. vers. nam qua- dam, lib. 4. Tuschi ubi proxime conclus. 484. num. 23. & conclus. 492. n. 26.

Quam doctrinam accipere debes secundum hæc- nus comprobata distinctionem, ut executor merus admittit hujusmodi exceptions defectus potentia ad finem supersedendi, & referendi, non autem ad finem determinandi, executor vero mixtus, cum judex sit, & jurisdictione habeat, de hujusmodi exceptio- nibus cognoscet, ad declarandum an sua sit jurisdi- ctio, sive ex sua persona, sive mandantis, defectus potestatis proveniat.

Quoniam potestas executoris pender totaliter à po- testate mandantis superioris, ita ut si ille ea caruerit, 30 pariter & totaliter executor & particeps, & ut exces- sum, & potestatis defectum in executo detegamus, inquirimus potestatem ejus, cujus vices gerit; ille est elegans text. in l. unica, C. qui pro sua iuri. judic. dare, dative poss. quæ sic loquitur: In caufarum delegatio- nibus illud & consultissime præcipimus observari, ut ita veleant, si ad jurisdictionem pertineat delegantis; quod si quis aliena jurisdictionis causam crediderit delegandam, nec praetereo cognitorem datum, pa- tientia accommodare censemus; & si contra leges ob- temporavit deleganti, omnia quæ ab ea delegatione geruntur, ita pro infectis haberi præcipimus, ut nec appellandi quidem necessitas viciis adverbiis eas sen- tentias imponatur, &c. de executoribus etiam est text. in l. 1. & 2. C. de apparitoribus prefacti anno, quia à potestate delegantis debet executoris potestas regu- lari glos. in c. judex, de off. deleg. lib. 6. verbo, proponatur, l. soler prætor. ff. de jurid. omnium; in d. l. nemo plus juris, 33 de regn. iur. l. tradit. ff. de acquir. rerum. dom.

Quare delegante carente potestate, aut jurisdictione